



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ivlii Cæsarisi Scaligeri Epistolæ & Orationes**

**Scaliger, Julius Caesar**

**Lugduni Batavorum, 1600**

Brianto Valleæ Senatori Bvrdigalensi. LIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70455](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70455)

& pudor suaderet mihi, vt crebrioribus literis abstinere, vtrunque moderatus sum, vt & me sustinerem, & modicis aflatuunculis excitarem apud te memoriam meæ voluntatis. Sane in hoc eram, vt remitteres librum vel sine literis. Satis enim sic potest damnatum intelligeremus, qui ne accusationem quidem tanti viri meritis sit. Vale.

BRIANTO VALLEÆ  
SENATORI BURDIGALENSI.

LII.

**N**VNQVAM mihi cessatio a scribendo gratior fuit. sapientio rem enim me fecit. Quid enim scissem tibi literas meas non penitus displicere, nisi vehementer tacendi licentia displicuisset? Cum namque scripsisset ad me Rubrius, quantum apud te valuisset mea commendatio, qua re nihil mihi gloriosius, nihil optatius euenire potest (neque enim Rubrii patroni aut hospites fuerunt mei, sed ego illorum omnium dominus) addidit & id, iocatum te esse humanissime, vt solus, meamque tui notasse oblivionem. Me vero, Vallea, vtinam non coegisset fortuna meipsum obliuisci, cuius im-

M 3

petunt

petum, cum essem bellua aut fregeram, aut  
 saltem ferebam, nunc humanitati redditus  
 atque in ea voluntatis meæ spatiis constitu-  
 tis, adeo vndique eius immanitate laceratus  
 sum, ut ne desperationi quidem sit relictus  
 locus. Quo magis consolor meipsum po-  
 tentia tua, quæ ut maxima est a fortuna, ita  
 cedit humanitati, quæ cuius fortunæ po-  
 test imperare. Ac de me quidem, Vallea,  
 quid de te velim, tu solus iudicare pruden-  
 ter potes, qui teipsum quantum sis melius  
 longe nosti. Ego vero etiam pollicebor ar-  
 roganter, qui quam bonus sis, scio. Meas  
 igitur res nunquam non in tuto collocatas  
 te sospite sperabo. At amici mei summi at-  
 que incomparabilis, & viri, ut captus huma-  
 nus fert, sapientis, benefici, principis (ea  
 enim eius familia est, ut longe lateque ma-  
 gnisque atque illustribus titulis imperet)  
 dignitatem, non solum pro mea, sed etiam  
 præ mea commendo. Vale.

EIDEM. LIIII.

**S**I vota mea amicorumque meorum va-  
 luissent, non minus fortunam nostram,  
 quam humanitatem tuam laudarem. Si dili-  
 gentia mea quippiam potuisset, eam cum  
 fortunæ